

I N D E X.

XVIII. *Sec̄ta linea recta utcunque, adiungere ei versus utramvis partem lineam rectam, ita ut quadratum totius rectae compositae aequale sit quadrato rectae adiunctae, unà cum quadrato rectae, quae ex adiuncta, & proximo segmento prioris lineae conflatur.* 351

XIX. *Datis duabus rectis inaequalibus, quarum maior diametrum quadrati ex minore descripti non superat: Maiorem ita secare in duas partes inaequales, ut earum quadrata simul sumpta quadrato minoris lineae sint equalia.* 352

XX. *Data chorda alicuius arcus, unà cum perpendiculari, quae ex medio puncto chordae ad arcum usque educitur: Quot gradus, vel palmos tam arcus, quam semidiameter circuli complectitur, inuenire.* 353

XXI. *In omni triangulo quadratum maximi lateris minus est, quam duplum summae quadratorum ex reliquis duobus lateribus descriptorum.* 353

XXII. *Datis tribus rectis utcunque in plano non parallelis, nisi quando extrema à media equaliter distant, rectam lineam ducere, & quidem per datum punctum in media, si omnes tres in uno puncto conueniant, ita ut eius segmenta inter mediam, & extremas sint inter se equalia, vel datam habeant proportionem.* 354

XXIII. *Cuiuslibet lineae, quamuis minima, exhibere multiplicem quamcunque, etiamsi circino non accipiatur.* 355

XXIV. *Ex qualibet lineola quamuis minima, auferre partem, vel partes imperatas.* 355

XXV. *Angulum datum rectilineum in tres aequales partes partiri.* 356

XXVI. *Si per idem punctum diametri in rectangulo duae lineae ducantur lateribus parallele: Erit rectangulum sub segmentis diametri comprehensum aequale duobus rectangulis sub segmentis duorum laterum comprehensis.* 357

COROLLARIUM. *In quadrato rectangulum sub segmentis diametri comprehensum, aequale est duobus complementis.* 357

XXVII. *Dato centro Ellipsis in linea axis in infinitum producta unà cum duobus punctis ad easdem partes axis, vel centri, per quae transire dicatur Ellipsis: Vtrumque axis utriusque extremum inuenire.* 357

XXVIII. *Si in circuli diametro producta punctum sumatur, ab eoque recta circulum tangens ducatur, à puncto autem contactus chorda ducatur ad diametrum perpendicularis: Recta ex eodem contactus puncto ad utrumlibet extremum diametri ducta diuidet angulum à tangente, & praedicta perpendiculari comprehensum bifariam. Item si ab eodem puncto in diametro producta assumpto recta ducatur circulum secans, & ab alterutro sectionis puncto ad intersectionem diametri cum praedicta chorda perpendiculari recta iungatur: Recta ex eoaem sectionis puncto ad utrumlibet diametri extremum ducta secabit quoque*